

5. PLACENTINA

Administrationis

(Sac. A. - Eccl. paroec. - Beneficium paroec. S. Savini)

Proposita quaestione de delatione negotii de quo supra, a S. Congregatione pro Clericis peracta,

Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal

in Congressu habito coram infrascripto Cardinali Praefecto
die 8 iunii 1976

decrevit

« Cum, in casu, obiectum controversiae adhuc formaliter definitum non sit, ad Sectionem Alteram Signaturae Apostolicae — quae natura ipsa sua tribunal est, ideoque ad controversias

dirimendas institutum — vi art. 107 Const. Apost. "Regimini Ecclesiae Universae", res deferri non potest.

Negotium vero in praesenti statu proprium est muneris vigilandi et moderandi administrationem bonorum ecclesiasticorum, de quo in art. 70 eiusdem Constitutionis Apostolicae ».

Ideo acta eidem S. Congregationi restituantur.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 16 iunii 1976.

DINUS Card. STAFFA, *Pref.*

† AURELIUS SABATTANI, *a Secr.*